

<b>Zeitschrift:</b>	Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins Zentralschweiz
<b>Herausgeber:</b>	Historischer Verein Zentralschweiz
<b>Band:</b>	8 (1852)
<b>Artikel:</b>	Die Urkunden der Abtei Zürich, bezüglich auf das Land Uri : von 835-1325
<b>Autor:</b>	Meyer, Gerold
<b>DOI:</b>	<a href="https://doi.org/10.5169/seals-110508">https://doi.org/10.5169/seals-110508</a>

### Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

### Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

### Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

**Download PDF:** 04.08.2025

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>**

# A.

## Die Urkunden der **Abtei Zürich,** bezüglich auf das Land Uri; von 855 — 1325.

Mitgetheilt von Staatsarchivar Gerold Meyer von Knonau, Ehrenmitglied des Vereins.

### 1.

855, 21 Heumonats.<sup>1)</sup>

In nomine sanctæ et indiuiduæ trinitatis. hludouicuſ diuina fauentente gratia rex. Si de rebus terrenis, quas diuina sumus largitate consecuti ad loca sanctorum ob diuinum amorem regium morem | decenter implentes aliquid conferimus, hoc nobis esse profuturum ad æternæ remunerationis præmia capessenda liquido credimus Quapropter conperiat omnium fidelium sanctæ dei ecclesiæ nostrorumque præsentium scilicet et futurorum industria, qualiter nos pro serenissimi imperatoris aui nostri | Karoli et præstantissimi hludouici augusti domni ac genitoris nostri. nec non et nostra sempiterna remuneratione. ac pro coniugis prolisque nostræ caris-

<sup>1)</sup> Abgedruckt u n g e n a u bei Hottinger R. Gesch. VIII. 1101 Guillim. de reb. hel. III. 5. Herman. Conringius IV. 12. Hergott. II. 30. Hartmanni Annal. Herem. 14. Neugart I. 284.; richtig bei Bluntschli Staats- und R. Gesch. Zürichs I. 477. Mith. d. antiq. Gesellsch. VIII, Beilagen, S. 3. teutsch in Langs Thol. Grundr. I. 614.


simæ perpetua mercede curtim nostram turegum in ducatu Alamanico in pago durgaugense *cum omnibus adiacentiis uel aspicientiis eius* | *seu in diuersis functionibus.* id est pagellum uroniæ. *cum ecclesiis domibus ceterisque ædificiis desuper positis. mancipiis utriusque sexus et ætatis. terris cultis. et incultis. siluis. pratis. pascuis. aquis. aquarumue decursibus adiacentiis peruiis exitibus et regressibus quæsitis.* et inqui- | rendis cum uniuersis censibus. et diuersis redibitionibus. insuper etiam forestem nostrum albis nomine et quidquid in eisdem locis nostri iuris atque possessionis in re<sup>1)</sup> proprietatis est et ad nostrum opus instanti tempore pertinere uidetur totum et integrum ad monasterium nostrum tradimus quod | situm est in eodem uico turegum ubi sanctus felix et sancta regula martyres xpi corpore quiescunt. Quod uidelicet eo rationis tenore placuit nobis agendum ut deinceps in posterum ibidem omni tempore sanctimonialium feminarum sub regulari norma degentium uita conuersatioque monastrialis monachicho | cultu instituta cælebretur et libentius propter huius loci supplementum a nobis iam prædictis martyribus dediti dei famulatus illic exhibeat ac pro nostræ debitorumque nostrorum omnium mercedis augmento diligentius domini misericordia et uberiorius exoretur. Uolumus etiam ut fidelium nostrorum | nouerit benignolentia quod paterna pietate commoniti supradictum monasterium cum omni integritate una cum nostra traditione in locis præfatis dilectissimæ filiæ nostræ hildigardæ in proprietatem concessimus ut quantum domino permittente ualeat familiam in eodem monasterio | domino militantem suoque dominatui subiectam disciplinis regularibus et obseruantiae monastrialis institutione corrigat et nutriat locaque ipsa sibimet concessa quantum uires suppeditent profectibus et emendationibus augmentando prouehat et emendet. Denique iubentes | præcipimus ut nullus iudex publicus nec comes uel quislibet ex iudicaria potestate in locis præfatis uel in cunctis rebus ad eandem<sup>2)</sup> loca respicientibus seu homines tam liberos quam et seruos qui illic commanere uidentur distingere aut infestare nec fideiussores tollendos aut nullas redibitiones uel freda aut bannos | exigendo aut alicuius iniuriæ uim ullo umquam tempore inferre

---

<sup>1)</sup> oder jure.

<sup>2)</sup> eadem,

præsumat sed sub nostra defensione et munitatis tuitione cum aduocatis ibi constitutis res illæ secure per diurna tempora permaneant. Et ut hæc auctoritas donationis atque confirmationis nostræ firmior habeatur et per futura tempora a cunctis fidelibus sanctæ dei ecclesiæ nostrisque præsentibus et futuris uerius credatur atque diligentius conseruetur, manu propria nostra subter eam firmauimus et anuli nostri in pressione adsignari iussimus. |



### *Comeatus notarius*

ad uicem Radleici recognoui et | (Schreibzeichen) (LS.)

Data XII. Kalend. augusti anno xpo propitio. XX. regni domni hludouici serenissimi regis in orientali francia inductione prima. actum regunesburg ciuitate in dei nomine feliciter amen. |

Das Sigel ist aufgedrückt. 1)

2.

857, 13 März. (?) 2)

In nomine sanctæ et indiuiduæ trinitatis. Hludouicus diuina fauente clementia rex. Notum sit igitur omnibus fidelibus nostris presentibus scilicet et futuris. quia nos ob amorem bone memoriæ. et karissimæ filiæ nostræ hiltigardæ cuidam presbytero eius. no mine beroldo cui ipse quamdiu ipsa aduixerat uere fideliterque seruierat. quasdam res infra ditionem regni nostri coniacentes et pertinentes ad monasteriolum quod est constructum in honore

1) Von diesem für Uri äußerst merkwürdigen Briefe geben wir in der artifischen Beilage (Tab. I. No. 1.) eine ganz getreue Schriftnachbildung jener Stelle, welche in Cursivschrift gedruckt ist, und gerade die Vergabeung des Ländchens Uri mit seinen Kirchen, Leuten, und andern Zugehörden an die Frauenabtei Zürich ausspricht. — Die beiden Verticalstriche nach dem Worte *eius* und der Vorsilbe *inqui* bezeichnen die Größe einer Schreiblinie im Originale.

2) Nach Nengart I. 295.

sancti felicis. et sanctæ regulæ uirginis xpi. in beneficium temporibus uitæ suæ concessimus. hoc est cap | pellam unam sitam in uilla Zurih que est constructa in honore sancti petri principis apostolorum. Nec non et alteras duas capellas in ualle | uronia in locis cognominantibus burgilla. et silana.<sup>1)</sup> cum mancipiis. decimis. terris. cultis. et incultis. campis. pratis. siluis. pascuis. aquis. aquarumue decursibus. et quicquid iuste. et legaliter. ad prenominatas tres cappellas pertinere uidetur cum omnibus appendiciis et adiacenciis suis totum | et integrum predicto beroldo presbytero ad dies vitæ suæ. per hanc nostram auctoritatem sollempni more in beneficium concessimus. Ita uidelicet ut ab | hac die. et deinceps neque a filiis nostris. Neque ab aliqua persona ullam ex his rebus paciatur molestiam. sed quieto ordine. et absque alicuius | contradictione xpo propitio. ipsas res possidere liceat. Quatinus pro nobis. coniuge ac prolæ nostra securius et tranquillus ibi ualeat | domini clementiam exorare. post ipsius quoque discessum predictæ res ad prefatum monasterium cum omni integritate eorum reuertan | tur. absque alicuius contradictione. et ut hæc auctoritas nostræ largicionis per futura tempora melius conseruetur. ueriusque credatur | manu propria nostra ac filiorum nostrorum subter eam firmauimus. et anuli nostri impressione roborari iussimus. |

Data III. idus martii anno XXV. regni hludouuici. serenissimi regis in orientali frantia Regnante. Indictione V. Actum in uilla potamo | in dei nomine feliciter. amen. |

Aus einer gleichzeitigen Abschrift.

### 3.


#### 952, 1 März.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Otto diuina fauente gratia rex. Si liberalitatis nostre munere locis deo dicatis quidam conferimus beneficii et necessitates ecclesiasticas nostro | releuamus iuuamine atque regali tuemur munimine, id nobis et ad mortalem uitam temporaliter transiendam et ad eternam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. Quapropter com | periat omnium fidelium nostrorum presentium scilicet et futurorum in-

---

<sup>1)</sup> Diese zwei Orte erwarb sich die Abtei vor König Otto dem Ersten. (Vergl. folgende Urk. vom 1 März 952.)

dustria, qualiter dilecta coniunx nostra Adelheida deprecata est celsitudinem nostram, ut nostre tuitionis defensionisque munitatem super res pertinentes ad monasterium quod est situm in uicinitate facere iuberemus, ubi sanctus Felix et sancta Regula martyres Christi corpore requiescant. Nos itaque suggestione carissime coniugis nostre Adelheid libenti animo assensum prebuimus, et iussimus fieri hanc nostre auctoritatis munitatem super omnes res pertinentes cum locis huiusmodi nominatis; ecclesia sancti Petri cum curte subiecta, | et curtem qui dicitur stadelhof, et curtem in bozwile cum adiacentiis suis, et villa wibichinga, nec non et dimidia parte ecclesie in villa rivmelanc cum mansis octo adiacentibus, | una cum illis que in uellanda prius habuerunt, et in mura, et in diggenowa, et in burgila, et silana, que duo loca in presentia nostra acquisierunt; similiter in alsacia slezzistat, chunigestat, altheim, chovnsheim, ludretinchoua, horga, in uesta censem debitum cum omnibus que nunc habent aut in posterum habituri sunt. Quapropter per hoc nostrum preceptum decernimus | atque iubemus, ut nullus iudex publicus uel comes uel quilibet ex iudicaria potestate in ulla rebus pertinentibus ad predictum monasterium aliquam iniusticiam facere presumat, nec ullam | distinctionem, et homines tam seruos quam liberos qui illic commanere uidentur, nullo umquam tempore distingere aut infestare aliquis audeat ex prescriptis potestatibus, nec fideiussores tollat, | nec ullas redhibitiones uel freda aut bannos exigat, aut alicuius iniurie uim inferre presumat, sed sub nostra defensione et munitatis tuitione cum adiutatis ibi constituuntur res ille secure per diurna tempora permaneant. Et ut hec auctoritas huius munitatis ac confirmationis nostre firmior habeatur, et per futura tempora a fidelibus nostris uerius | credatur, et diligentius obseruetur, manu propria nostra subter eam firmauimus, et anuli nostri impressione assignari iussimus. |

Signum domini Ottonis serenissimi regis  Wigfridus cancellarius ad uicem brunonis archicapellani recognoui. |

Data kal. martii anno incarnationis domini nostri iehsu christi DCCCC. LII. inductione X. anno regni domini Ottonis XVI. Actum turegum feliciter in dei nomine Amen. |

Das Siegel ist aufgedrückt. <sup>1)</sup>

<sup>1)</sup> Abgedruckt bei Neugart. (I. 598.)

## 4.

## 933, 22 Wintermonats.

Iat. Purchard, Vogt der Burg zu Zürich, trifft, Namens der Abtissin Reginlinda daselbst, einen Vergleich mit den Landleuten zu Uri, bezüglich der Bezeichnung ihrer Güter.

Abgedruckt bei Neugart mit dem unrichtigen Datum 972 (II. 19.); besser im Geschichtsfreund. I. 59.

## 5.

## 1244, 30 Jämers.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei. Dilectis in xpo filiabus. . Abbatisse et Conuentui Mo[nasterii] sanctorum Felicis et Regule ordinis sancti Benedicti Constantiensis diocesis, Salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facile prebere consensum, et uota que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente compleere. Ea propter dilecte in domino filie uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, personas uestras et Monasterium sanctorum Felicis et Regule, in quo diuino estis obsequio mancipate, cum omnibus bonis que impresentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis prestante domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus; Spe cialiter autem ecclesiam de Altdorf in Huren, cum pertinentiis suis, terras, et alia bona uesta, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, uobis et per eos eidem Monasterio auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemp[tare] presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursu[rum]. Datum Laterani III. kal. Februarii. Pontificatus nostri Anno Primo. |

Das Bleisiegel hängt.

## 6.

## 1244, 19 Brachmonats.

H. dei gratia Constantiensis Episcopus, Vniuersis xpi. fidelibus salutem in domino cum notitia rei geste. Quoniam in uno

spiritu omnes nos in unum corpus baptizati | sumus, ut alter alterius onera supportemus, taliter obligamur, ut hinc inde nichilominus ecclesiarum indemnitatibus caueatur. Nouerint igitur tam posteri quam presentes, | quod cum reuerenda in xpo. Judinta Abbatissa totusque conuentus monasterii Turicensis in decimis, quibus dictum monasterium in Altorf et in Burgelvn annis | singulis sustentatur de quarto in quartum annum ratione decimarum quarte nostre nobis debit is et soluendis defectum non modicum pateretur, nobis | humiliter supplicarunt, ut super dispendio huiusmodi, quem pro nostris iuribus requirendis in prebendis suis consueuerant sustinere, paterno affectu eisdem compati digna | remur. Communicato itaque hinc inde consilio sapientum, talis permutatio tam ad nostre ecclesie quam ad ipsius monasterii commodum intercessit: Abbatissa cenobii memorati | ius patronatus ecclesie Kamo, quod ad ipsam de iure dinoscitur pertinere, nobis nostrisque successoribus pleno iure de consensu conuentus sui eontulit perpetuo possidendum; ita quod | prouentus ipsius ecclesie ad nostram nostrorumque successorum mensam decetero pertineant aliquo contradictionis obstaculo non obstante. Nos quoque consensu nostri capituli accedente, abbatisse | sepedicte et eidem succendentibus in posterum, ac ipsi monasterio, decimas ecclesiarum in Altorf et in Burgelvn ad nos ratione circuitus pertinentes, remisimus, concessimus, et dona | uimus pleno iure permutationis titulo perpetuo possidendas, prout illas hactenus percepimus uel percipere poteramus. Ad hec ex parte nostra nostreque ecclesie abbatisse suique monasterii omni | iuri siue actioni hinc inde extitit renunciatum, quo permutatio huiusmodi posset aliquatenus irritari. Vt autem permutatio concepta in posterum maneat inconcussa, duo paria conscribi placuit litterarum, | et tribus sigillis, nostri, nostrique capituli, ac prelibate abbatisse munimine roborari, quorum unum in nostro secretario, alterum in monasterio sepedicto decernimus reponendum. Acta sunt hec in secretario | Constantiensi, Anno gracie M. CC.XLIV. tercio decimo. Kal. Julii. inductione prima. multis presentibus quorum nomina subnotantur: Peregrinus Prepositus, Burchardus decanus, Volricus thezaurarius, Eberardus | prepositus sancti Stephani, Chvonradus scolasticus, Chvonradus Prepositus ymbriacensis, Otteno, Albertus, Rvolfus, sacerdotes; hainricus diaconus; hilteboldus, Waltherus, Waltherus, Luitoldus, subdiaconi |

aconi, canonici nostre ecclesie et confratres. Nomina sanctimonialium in cenobio Turicensi assensum proebentium in hoc facto sunt ista: Chvnza de loxingen, Mectildis de wengen, Adilheidis de petirlo, | Willebirch de hagenbvoch, Gepa de wazzerbvron, Berchta de thessen, Elsibeta de Sneggenburch, Hediwigis et Mectildis de wunnenberch, Berchta de Kemptvn, Berchta | de tvffen, et alii quam plures feliciter Amen. |

Die Sigel sind vorhanden.<sup>1)</sup>

## 7.

### 1244, 8 Heumonats.

H. dei gratia Constantiensis Episcopus. Vniuersis xpi fidelibus salutem in domino, et noticiam rei geste. Cum superhabundauerit iniquitas, et refrigeruerit | caritas multorum propter adinuentiones hominum captiosas, et malicias multiplices, dies non solum mali, sed etiam pessimi appareant manifestissi | mis argumentis, secundum uarietatem morborum mediciniam congruam conuenit adhiberi, ut sic aliquatenus malicia temporis redimatnr. Licet autem sapi | entibus et insipientibus debitores simus, loca tamen religiosa, que diuersis diuersorum principum donationibus, largitionibus, priuilegiis fundatorum, | seu quorumcumque munificientia dotata noscuntur, diligere, fouere, et in prospero conseruare, quantum cum deo possumus paterno affectu propensius intendimus, | ut debemus. Nouerint igitur tam posteri quam presentes, quod cum monasterium in Turego magnificencia regia sit fundatum, propter defectus tamen | cottidianos, aduocatorum iniurias et pressuras, quas cottidie quasi sustinent minus iuste, reuerenda in xpo. J. Abbatissa et conuentus ipsius monasterii nobis | humiliter supplicarunt, ut super his eisdem compati dignaremur, aliquod eisdem remedium adhibentes, quo in disciplina monastica possent commodi | us sustentari. Nos igitur super huiusmodi negocio tractatu habito diligenti, earundem precibus inclinati, redditus ecclesie Altorf, cuius ius patronatus ad | dicti monasterii abbatis noscitur pertinere, memorate abbatisse eidemque succedentibus, capituli nostri accedente consensu, pleno iure concessimus

<sup>1)</sup> Abgedruckt bei Zapf. (I. 121.) Vergl. Urk. vom 21 Christm. 1271 bei Zapf (I. 145), und Geschichtsfrd. V. 51.

perpetuo | possidendos; taliter decernentes, ut in prelibata ecclesia  
perpetuus vicarius ordinetur, assignata eidem honesta portione, qui  
domino et populo in diuinis et | ecclesiasticis sacramentis ualeat  
deseruire, et nobis in spiritualibus debeat respondere. Ut autem  
hec nostra concessio seu donatio in posterum maneat | inconcussa,  
presens scriptum nostro et capituli nostri sigillis fecimus roborari.  
Acta sunt hec anno gratie. M. CC. XL. IIII. Octauo Jdus Julii.  
in | dictione prima. in capitulo nostro multis presentibus, quorum  
nomina subnotantur: Peregrinus prepositus, Bvrchardus Decanus,  
Volricus C<sup>r</sup>stos, Eberardus | prepositus sancti Stephani, Chvonradus  
Scolasticus, Chvonradus prepositus embriacensis, Otteno, Rvodolfus,  
Albertus, sacerdotes; hainricus diaconus. Waltherus, | hilteboldus,  
Waltherus, Lvitoldus, subdiaconus; Waltherus acolitus, et alii quam  
plures. |

Die Sigel hängen an der Urkunde.<sup>1)</sup>

## 8.

### 1248, 11 Hörnung.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei. Venerabili fratri. .  
Episcopo Constantiensi Salutem et apostolicam benedictionem. In  
presentia nostra | dilecti filii Nobiles uiri C. Comes de Toggenburg,  
et H. dominus de Wartinberc, deuoti nobis et Sedi apostolice re-  
tulerunt, quod cum | Monasterium Turicense, ordinis sancti Bene-  
dicti, Constantiensis diocesis, olim in temporalibus habundare  
solitum, per hostes Ecclesie | ad grauem penuriam sit redactum,  
ita ut dilecte in Xpo filie. . Abbatissa et Conuentus ipsius Mo-  
nasterii de bonis eiusdem uix | ualeant sustentari, tu circa eas pie  
dirigens benignitatis affectum, ecclesiam de Haltdorf dicte diocesis,  
in qua ipse ius pa | tronatus habeant, eis in usus proprios per-  
petuo retinendam, de tui consensu Capituli liberaliter contulisti,  
portione con | grua prouentuum ipsius Ecclesie, reseruata uicario,  
qui pro tempore fuerit in eadem. Cum autem nos in hac parte |  
personas predictorum nobilium honorare uelimus, quorum due nep-  
tes in eodem Monasterio sub religionis habitu | dicuntur domino  
deseruire, Nos ad preces eorum collationem huiusmodi, sicut pie  
ac prouide facta est, gratam | habentes; presentium tibi auctoritate

<sup>1)</sup> Abgedruckt bei Zapf. (I. 123.)

committimus, ut Abbatisse et Conuentui memoratis Ecclesiam ipsam si non | habet collegium clericorum, auctoritate nostra confirmes, Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposa | sita compescendo. Datum Lugduni III Jdus Februarii. Pontificatus nostri Anno Quinto. |

Das Bleistegel hängt.

### 9.

#### 1249, 10 Heumonats.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Vertebar questio inter blebanos de Altorph<sup>1)</sup> et de Burguolon ex vna parte, | et Abbatissam thuricensem ex altera, super quarta soluenda domino Episcopo Constantiensi. petebant enim dicti plebani Abbatissam | condemnari integraliter, tam pro parte decimarum quam ipsi possebant sie possident, tam pro parte quam pos | sidet Abbatissa. Super hoc autem lite contestata coram diocesano, In nos scolasticum Constantiensem et fratrem N. | priorem fratum predicatorum Constantiensium sub pena XL. Marcarum fuit de commuui consensu parcium compromissum. Nos autem acce | dentes ad locum thuricensem, Receptis testibus viriusque partis, renunciatione facta super productione testium vteriores, | citatis partibus in Constantiam et Presentibus, Abbatissam absoluimus ab inpetione dictorum plebanorum. Datum in Coro | Constantiensi. M. CC. XXXX. IX. VI. Jdus Julii. Presentibus Custode, Preposito Episcopalis celle, Domino H. | de Rapreswilre, domino O. Canonicis Constantiensibus, et aliis quam pluribus. |

Beide Sigel sind etwas beschädigt.

### 10.

#### 1249, 19 Weinmonats.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis. . Abati et . . Priori de Wetingin Cisterciensis, et . . Preposito ecclesie de Vare sancti Benedicti ordinum, Constantiensis diocesis, Salutem et apostolicam benedictionem . Paupertatem dilectorum in

---

<sup>1)</sup> Kunrad Blum war damals Leutpriester. Er starb den 9 Mai 1252.  
(Fahrz. d. Pr. Zürich.)

xpo. filiarum . . Abbatisse ac Conuentus | Monasterii Turicensis ordinis sancti Benedicti Constantiensis diocesis, bone memorie . . Constantiensis Episcopus prout accepimus affectu beniuolo considerans, | eisdem ecclesiam de Altorf eiusdem diocesis de consensu Capituli sui, in qua eedem ius obtinent patronatus, concessit in usus proprios | retinendam. Postmodum autem nos ad preces dilectorum filiorum C. Nati quondam . . Comitis de Toggemburc, et . . domini de Wartem | berc existentium personaliter coram nobis, concessionem huiusmodi ratam habentes, Episcopo predicto commisimus, ut concessionem eandem | auctoritate apostolica confirmaret, Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Verum licet idem Episcopus mandatum | nostrum iuxta tenorem ipsius compleuerit in hac parte, sicut in litteris inde confectis plenius dicitur contineri, tamen Johannes de | Ernon Canonicus ecclesie Turicensis falso nobis sugerens, quod eadem uacabat ecclesia, et nullam de premissis faciens mentionem, ad . . | Priorem de Castellione Sedunensis diocesis, ut sibi dictam conferret ecclesiam, nostras litteras impetravit. Cum autem ipse pretextu litterarum | huiusmodi dictas Abbatissam et Conuentum, prout asseritur super ipsa ecclesia indebita aggrauet et molestet, nec intentionis nostre | fuerit aut existat, quod sibi dicta ecclesia uel quecumque alia contra iustitiam conferretur, discretioni uestre per apostolica scripta man | damus, quatinus si uobis constiterit de premissis, eundem Canonicum, ut a dictarum Abbatisse et Conuentus super hoc indebita | molestatione desistat, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota cogatis. Non obstante constitutione de | duabus dictis edita in concilio generali, dummodo ultra tertiam uel quartam aliquis extra suam diocesim auctoritate presentium | ad iudicium non trahatur. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo tamen ea nichilominus exequantur. Datum Lugduni. | X<sup>IIII</sup>. Kal. Nouembris. Pontificatus Anno Sexto. |

Das Bullensiegel fehlt.

11.

1258, 20 Mai. <sup>1)</sup>

R. dei gracia Comes de Habisburg, Lantgrauius Alsacie. Vniuersis presentium inspectoribus notitiam subscriptorum. Pax et | quies humilibus et pacificis confirmatur, et iusticie cultus augetur, cum malignorum maliciis per penam condignam legitime | fuerit obuiatum. Hinc est quod nos propter enormitatem sceleris, quod izelinus et vol. patruus eius de shachdorf cognominatus izeli, et | eorum complices sceleratissime perpetrarunt, iuxta promissionem et obligationem eorundem, quam in se antea voluntarie | dictarant, si pacem fide promissam et iuratam aliquatenus violarent, bonis suis vniuersis mobilibus et inmo | bilibus abiudicatis et deuastatis per sentenciam diffinitiuam, cum consensu et connuentia vniuersitatis uallis vra | nie, adiudicamus integre et plenarie Reuerende in Xpo Abbatisse Thuricensi omnia bona, que ipsi iure hereditario | a suo monasterio usque ad hanc diem dinoscuntur possedisse, predictis izelino et patruo suo et vxoribus eorum et here | dibus perpetuum silentium inponendo, nuncios insuper suos H. plebanum sancti petri, et Ja . dictum molendarium, nomine | dicte Abbatisse dictorum bonorum in corporalem possessionem inducendo. Prohibemus insuper sub interminatione diuini iu | dicii et sub obtentu gracie nostre et pacis obseruatione, ne quis dictam dominam Abbatissam et suum monasterium in bonis | prefatis agrauare audeat aliquatenus et molestare. Acta sunt hec Anno incarnationis domini M. CC. L.VIII. | Jndictionis prime. XIII. Kal. Junii. sub tilia in Altorf. Testes qui hiis interfuerunt: Wal. de Wolhusen, C. de | Wediswile, C. de gozinchon, Vol. et Mar. de Rusegge, Wern. de Atigenhusen, nobiles. Jo. de Butin | chon, Vol. de hertenstein, H. de baldegge, R. et Jo. de chussenach, Wern. villicus de silennon, et R. de | thuno, milites. B. shupher, C. de burgellon, et Wern. de orzcuel, villici. Ar. de gronon, et alii quam | plures, ac vniuersitas vallis eiusdem. Jn cuius rei testimonium has literas concedimus tam nos

---

<sup>1)</sup> Abgedruckt Neugart II. 223. Kopp, Urk. I. 10. Vergl. den Sühnebrief vom 23 Christi 1257 bei Tschudi (I. 155 a.) und Schmid. (I. 221.)

quam vniuersi | tas vallis vranie memorate domine Abbatisse sigil-  
lorum nostrorum munimine roboratas. |

Die Siegel hängen an der Urkunde. <sup>1)</sup>

12.

1280, 14 März.

In nomine domini Amen. Anno domini M.CC.LXXX. Pridie Jdus Martii. Indictione VIII. Nos Burkardus Incuratus de Altorf, | Magister Heinricus de Basilea, canonici Turicenses, vniuersis presentem paginam inspecturis, noticiam subscriptorum. Orta | questione inter Reuerendas in xpo. Elisabetham dei gratia Abbatisam, et Conuentum Monasterii Turicensis, ordinis sancti Benedicti | ex vna, et Volkerum Abbatem ac Conuentum in Wettingen, ordinis Cysterciensis, Constantiensis dyocesis, ex parte altera | super successione facienda Heinrico Sacriste quondam in Oersveld, vallis vranie, tam in Bonis mobilibus quam | immobilibus, in nos extitit compromissum fidei datione hincinde arbitrio vallato. Allegationibus itaque auditis ex parte | Abbatisse et sui Conuentus, quibus asserebant se Heinrico succedere debere prescripto, eo quod seruus Monasterii sui fuit et ille- | gittime natus; Parte Abbatis et sui Conuentus pro se proponentibus, quod idem Heinricus ante multos annos sua contulerat Monasterio | suo et in ipsorum residens Bonis quasi vna de personis earundem beneficia ab ipsis recepit diuersa, omniaque et singula que | habebat, tempore mortis sue eisdem iterato contulit antiquam donationem quodammodo innouando. Nos probationibus recep | tis super premissis cum par-

<sup>1)</sup> Der Geschichtsfreund hat s. 3. (III. 229) eine Urkunde vom J. 1249 abdrucken lassen, an welcher das älteste bekannte Siegel des Thales Uri hängt, mit der Umschrift: **Sigillum. Vallis. Vranie.** Wir geben nun dieses Siegel, wie es sich noch vorfindet, getreu in der artistischen Beilage Tab. I. No. 2.

Um vorliegenden Briefe hängt schon eine andere Form. Der Urkopf ist nicht mehr von der Seite gebildet, sondern von vorn, und die Umschrift liest sich: **† S. HOINVM. VALLIS: VRANIE.** (Beilage No. 3.) Es dauerte der Gebrauch dieses Siegels der Landleute bis in die Mitte des 14 Jahrhunderts fort. (s. unten Urk. 18 Aug. 1393.) — Beide Siegel sind von der Hand des Vereinsmitgliedes, Herrn R. Bünd, gezeichnet.

tes alia non proponerent, mediante proborum consilio, arbitrandō decernimus et decernendo arbitramur, pre | scriptam Abbatissam et Conuentum iure et ratione succedere debere Heinrico prenotato, Abbatii et Conuentui predictis super hac | successione perpetuum silentium imponentes. In huius facti eidem huic carte nostra sigilla vna cum sigillis predictorum | Abbatisse et Abbatis apponi iussimus et appendi. Actum Turegum, Anno, die, et Jndictione prenotatis. Nos Elsabeta Abbatissa | predicta prefatusque Conuentus in ratihabitionem omnium presinitorum et prescriptorum nostrum videlicet Abbatisse sigillum, quo et | nos Conuentus utimur cum proprium non habeamus, presentibus duximus apponendum. |

Nos Abbas et Conuentus prefati in ratihabitionem omnium eorum que presinita sunt et prescripta, nostrum videlicet Abbatis | sigillum, quo et nos Conuentus utimur cum proprium non habeamus, instrumento presenti duximus appendendum. |

Premisse diffinitioni interfuerunt: frater Bur. de Brugge minorum fratrum, Magister H. Manezzo, H. Manezzo | sacerdos; canonici Turicenses. H. Plebanus in Horgen, C. miles de Clarona, H. Wesi, Hugo Milchli, H. villicus in Horgen, | H. dictus Cigerli, et alii quam plures — — |

All Siegel hängen an der Urkunde.

### 13.

#### 1280, 10 Wintermonats.

Hainricus Custos et Cvono de Brisach, Arbitri seu Arbitratores in causa, que uertebatur inter Reuerendos in Xpo. Abbatisam | et Conuentum Monasterii Turicensis ex vna, et . . <sup>1)</sup>) prepositum Sancti Stephani Constantiensis, Rectorem ecclesie in Bvrgelon, <sup>2)</sup>) | ex parte altera, super quarta decimarum eiusdem ecclesie in Bvrgelon, Omnibus presentium inspectoribus Salutem in domino. | Cum predicta. . . Abbatisse et suus Conuentus, ac prepositus Rector ecclesie antedicta, sub pena ammissionis cause | in nos super ipsa causa seu controuersia salua nostra iurisdictione com-

<sup>1)</sup>) Auf dem Siegel heisst er Rvpertus, und in einer Urkunde bei Zapf vom 21 Christm. 1271: de Tannivels. (I. 147.)

<sup>2)</sup>) Der Leutpriester Rudolf war schon am 8 Horn 1274 gestorben. (Jahrzb. der Pr. Zürich.)

promiserint, arbitraria et iudiciaria auctoritate deciden | dam, Nos altercatione multa in figura iudicii prehabita coram nobis, qui uices gerimus Venerabilis domini nostri R. | dei gracia Episcopi Constantiensis, ipsi cause seu controuersie finem duximus imponendum; sic uidelicet quod auctoritate iudi | ciaria ius percipiendi, eadem quartam plenarie prefatis Abbatisse et Conuentui ac ipsorum Monasterio sententialiter adiudicamus, | cum reuerendus in xpo. pater et dominus H. pie memorie Constantiensis Episcopus et Capitulum ibidem ex permutatione ecclesie in Kame | olim pertinentis dicto Monasterio sepefatis Abbatisse et Conuentui ius decimarum seu oblationum quarti anni sibi competens | in ecclesiis Altorf et Bvrgelon tradiderit perpetuo possidendum et habendum, sicut in instrumento super hoc confecto, | quod de uerbo ad uerbum integrum et illesum uidimus, plenius continetur; ex arbitraria tamen potestate uolumus et decerni | mus, quod idem rector qui multa caritatis beneficia monasterio impendit, annuo in festo Martini nomine ipsius quarte | et iuris percipiendi eandem, ipsi Abbatisse et Conuentui soluat vnam libram cere, Jta quod successor ipsius recto- | ris nichilominus ad solutionem omnium decimarum in quarto anno sine difficultate et exceptione qualibet in totum obnoxius | habeatur. Et in huius facti euidentiam Sigilla nostra cum Sigillis Capituli et Curie Constantiensis, nec non ipsarum partium | uidelicet Abbatisse quo et Conuentus cum aliud non habeat uititur, ac prepositi memorati appenduntur. Datum et actum Constantie | IIII. Idus Novembbris. Anno domini M. CC. LXXX. Jndictione IX. |

Nos . . Capitulum et Officiales Curie Constantiensis, premissa omnia et singula prout prescripta sunt uera scientes, nostra | de rogatu partium anteprenominatarum Sigilla apponi fecimus, Anno, die, loco et Jndictione prenotatis. |

Alle Sigel hängen an der Urkunde.

#### 14.

**1282, 18 Weinmonats.**

R. dei gracia Constantiensis Episcopus, dilectis in xpo. vniuersis, ad quos presentes peruenerint, Salutem et Sinceram in | domino Caritatem. Cum dilecti in xpo. H. thesaurarius et C. de Brisach Canonici Constantienses, in nostra absentia vices | nostras

gerentes, arbitri seu arbitratores, in causa que uertebatur inter dilectas in xpo.. Abbatissam et Conuentum Monasterii | thuricensis, ex una, et . . prepositum Ecclesie Sancti Stephani constantiensis Rectorem Ecclesie in Burgilon, ex parte altera, super quarta | decimarum eiusdem Ecclesie in Burgilon, sub pena amissionis cause super ipsa controuersia salua nostra iurisdicione, in ipsos | compromissa, auctoritate arbitraria seu iudiciaria decidenda, altercatione multa in figura iudicii prehabita coram ipsis | infra scriptum finem eidem duxerint inponendum; videlicet, quod Auctoritate iudiciaria ius percipiendi eandem | quartam plenarie prefatis Abbatisse et Conuentui ac ipsorum Monasterio sententialiter adiudicarunt, eo quod reuerendus | in xpo. pater et dominus H. pie memorie Constantiensis Episcopus noster Antecessor et Capitulum Constantiense, ex permutatione | Ecclesie in Chame olim pertinentis, Monasterio prenotato, dictis Abbatisse et Conuentui ius decimarum seu oblationum | quarti Anni sibi competens in Ecclesiis Altorf et Burgilon tradiderit perpetuo possidendum, sicut in instrumen | to super hoc confecto plenius continetur; potestate tamen arbitraria decernentes, quod dictus prepositus seu | Rector pro eo quod multa beneficia caritatis prestitit Monasterio prenominato, vnam libram cere nomine quarte soluat | festo beati Martini prefatis Abbatisse et Conuentui Annuatim, ita quod Successor ipsius Rectoris ad solutionem | omnium decimarum in quarto anno sine difficultate et exceptione qualibet ipsi monasterio in totum obnoxius | teneatur. Nos eadem decisionem tanquam iuri et rationi consentaneam ratam et gratam habentes, ipsam | Auctoritate ordinaria confirmamus. Datum apud Weldin Anno domini MCCLXXXII. XV. Kal. Nouembris. | Jndictione XI. |

Das Siegel ist vorhanden.<sup>1)</sup>

---

<sup>1)</sup> Rudolf von Habsburg-Laufenburg, welcher von 1274—1293 auf dem Stuhle zu Constanz saß, führte ein sehr schönes Siegel. Auf dem Throne sitzt der Bischof in vollem Pontifical-Ornate. In der linken Hand hält er den Hirtenstab, die Rechte ist zum Segnen erhoben. Unterhalb sieht man den springenden Löwen von Habsburg. Die Umschrift liest sich: † S'. RVDOLFI: DEI: GRA: EPI: CONSTANCIE: (siehe artistische Beilage Tab. I. No. 4.) — Wir gedenken nach und nach alle Siegel der Bischöfe von Constanz bis auf das Jahr 1501 geben zu können.

15.

## 1282, 10 Christmonats.

In nomine domini Amen. Anno eiusdem M. CC. LXXX. secundo, feria Quinta proxima post festum beati Nicolai, Indictione XI. Nos Burchardus Incuratus Ecclesie in Altorf, Judex ab . . Officiali Curie Constantiensis deputatus in causa, que inter Reuerendas in xpo. E. dei gracia Abbatissam et Conuentum Monasterii Turicensis ex vna, et Chvononem de Jsenbrechtswile vertebatur ex parte altera; audita et intellecta petizione predictarum . . Abbatisse et Conuentus, et subsecuta responsione ipsius C. per modum negationis, et animo contestandi litem quia per testes legitimos et fide dignos constitit euidenter dictum, C. debere singulis annis de bonis suis, que a Monasterio prefato possidet in Boswile iure here | ditario, nomine census Nouem quartalia tritici, et Sex Modios auene; et Quatuor solidos de porcis et ouibus. Item Quidicem quartalia tritici | de Molendino suo sito ibidem, dictum C. super petitis videlicet Septem modiis auene mensu e Turicensis, ratione iuris quod dicitur Wi | svnge, et Sex Modios tritici cum Quinque modiis auene, necnon duobus quartalibus et dimidio auene, et Quatuor solidis denariorum monete Turicensis, | et tribus pullis dictis. . Abbatisse et Conuentui presenti scripto sententialiter condemnamus, non obstante solutionis exceptione cum ipsam non probauerit, | licet plures termini super hoc ei essent assignati. Decernentes insuper C. dictum Escheber de Bremgarton, et Heinricum de Boswile dictum de | Hallewile; tanquam fideiussores in septem modiis auene fore Monasterio predicto obligatos, Maxime cum iidem fideiussores coram nobis in iure constitu | ti confessi fuerint, se fideiussionem subiisse festo beati Johannis Baptiste anni preteriti pro dicto Chvono erga prefatas . . Abbatissam et Conuentum pro omnibus debitibus et censibus, quibus ipse C. usque ad dictum tempus esset Monasterio iure et legittime obligatus. Item cum | ipse Chvono proposuerit contra memoratas . . Abbatissam et Conuentum, quod ratione auene que soluitur pro wisunge vnus panis debeatur | eidem, quorum Quinque pistantur de uno quartali tritici. Item quod non beat artari ad solutionem census, nisi iuxta quartale et mensu | ram cuiusdam lapidis, qui dicitur esse repositus et reconditus in Monasterio, quem Rex Lodewicus funda-

tor Monasterii concuum fieri | fecit; <sup>1)</sup> Et quod Jpse, Abbatissa et Conuentus duo quartalia tritici recipiant pro Qvindecim denariis, qui solui debent pro vectura vini de Alsa | cia de dimidio manso, ac dicta . . Abbatissa et Conuentus proposita negauerint esse vera, quia terminis statutis et sibi C. ad hoc | prefixis sicut debuit non probauit, sepefatas . Abbatissam et Conuentum ab instantia et petitione sua absoluimus per presentes, | dictum Chvononem in expensis Octo solidorum iuramento et taxatione prehabitis, quas ipsas . . Abbatissam et Conuentum | in lite fecisse constitit condemnantes. |

Das Siegel hängt an der Urkunde.

## 16.

### 1283, 13 Hornungs.

Wir Elsebetha von gots gnanden dv Ebthiesschenne, vnd der Convent des Gotshvs von Zrich, sancti Benedicti ordens, vnd wir | die Phrvondeherren des selben gotshvs, vnd den allen dien die disen brief an sehent old hoerent, daz Gregorius von Silennvn vnsers | gotshvs dienstman, dvr sin sele vnd siner vordron heil, allez daz grot daz er het in dem lande ze vren, ez sin Acher, wngar | ten, wisan, old swie man ez genennen mag, vnd sin Steinhs vze Silennvn, het gegeben vnserm Gotshvs lideklich vnd vrlich | in eigenwis, mit allem dem rechte als erz har het bracht, vnd het sich Hvs vnd grots enzigen offenlich an vnsrer hant; vnd sit ir | so vrlich vnd so grotlich gegen vnserm gotshvs geworben vnd getan het, so binden wir vnsich mit gemeinem rate dar zwo, daz | wir, so wir daz selbe grot vnd Hvs besizzten iar vnd tag, als gewonlich vnd recht ist, im daz selbe grot vnd Hvs wider lihen zeim rech | ten lipgedinge vnz vf sin tot; Wer aber, daz er kint gewynne bi der e, dien selben finden, ir werde eiz oder me, sven wir daz vor | genande grot vnd hvs lihen ze rechtem erbe vmb ein phennig cins, ist daz, daz man vns der Ebthiesschenne, old vnseren nach | komen git ze erschazze, von dem selben grot vnd Hvs Sechs vnd zwencich phvnt phennige die Zrich genge vnd gebe | sint; Und swie wir oder vnsfer nachkommen sich des vberhvgetin, daz wir

---

<sup>1)</sup> Bedeutsam!

old sie im daz grot vnd daz Hys zeim rechten lipgedinge | nicht  
lwvin, old dien finden ze erbe, nach dem dinge als hie vor geschri-  
ben stat, so binden wir vns vnd vnser nachkommen, im | old finen  
finden ze gebenne zewei hondert phvnt phenninge die ze vren genge  
vnd gebe sint, vnd geben im dar umbe ze | bvrgen vnd ze gisel,  
hern Hermannen von Rvsegge vnsern lyprester, hern Jacoben den  
Mvlner, vnd hern Rvedegern Manezzen, rit | ter vnd bvrger zw-  
rich; also, daz si, so dv zewei hondert phvnt im old finen finden  
gewallen, sich entwroten zwrich so si | gemant werden in rechte gi-  
selschaft als sitte vnd gewonlich ist, vnz dv zewei hondert phvnt  
ganzlich gewert werden; | vnd swenne einer der bvrgen stirbet, old  
sich in twot, old anders zeim bvrgen vnnvzze wirt, so sol man in-  
rvnt einem Manode | ein andern bvrgen als grotten geben, old die  
andern zewene bvrgen von sich entwroten in rechte giselschaft als da  
vor ge | schriben stat, vnz ein ander bvrge geben werde. Und daz  
diz allez stete vnd offen blibe, so henken wir dv Ebthischenne vnser  
Inge | sigel, des ovch vns den Convent genvoget, sit wir enheiz  
han, vnd ovch Gregorius der vorgenande sin Ingessigel an disen  
brief, | vnd bitten ovch die vorgenanden bvrgen, daz si zeim offen  
vrkynde der vorgenanden dinge ir Ingessigel har an henken. Diz |  
geschach zwrich in vnser Stvben an sant valentins abende, do von  
vnfers herren gebvrt vnz dar waren zewelf hondert | vnd Achzich  
vnd drv iar. Indiction XI. Da ze gegen warn: her Heinrich  
der lyprester von Horgen, her Burchart der lyprester von More, |  
her Marchwart von Rvsegge ein vrie vnd ritter, Hvg Milchli,  
Rvodolf Schafelt, Johannes Swarzo, Lvtolt von Zollinkon, | vnd  
ander lute genvoge — — |

Wir her Herman von Rvsegge, her Jacob der Mvlner, vnd  
her Rvedeger Manezzo die vor genanden bvrgen, umbe die bette |  
vnser vrowwen der Ebthischenne vnd des Convents, vnd des vor-  
genanden Gregorien, henken vnser Ingessigel an disen brief | an  
dem selbe iare vnd tage, als hie vor geschriben stat. |

Alle Sigel sind vorhanden.

1284, 25 Jänners. <sup>1)</sup>

Allen dien die disen brief sehent olde hoerent, wunde ich Gregorio von Silennvn, daz ich vor ettelichem zite dvr | min sele vnd miner vrowwen der Ebthiſſchenne Elsebethen vnd ir Gotshvs von Zvrich, gegeben hatte | allez daz grot, daz ich hatte in dem lande ze Vren, ez werin Acher, Wingarten, Wisen, olde swie manz genennen moecht, | vnd min Steinhvs ze Silennvn; vnd wande ich als vrislich geworben hatte gegen dem Gotshvs, do lobte mir min | vrowwe dv Ebthiſſchenne vnd ir samvnch, swenne si daz selbe grot besezzin iar vnd tag als gewonlich vnd recht ist, | daz fv mir daz selbe grot wider lwhin ze rechtem lipgedinge vnz vf min tot; wer aber daz, daz ich fint gewonnne bi der e, | dien selben finden, ir wer eiz oder me, solt man daz selbe grot lihen ze erbe vmb einen phenning zins; wer daz, daz fv sechs | vnd zwenzich phvnt phenninge ze erschazze gebin dem vorgenanden gotshvs, vnd swie man des nicht tete, so solt man | mir old dien finden zweihundert phvnt phenninge geben. Und hat man mir dar vmbre bvrge vnd gisel geben: hern | Hermannen von Rysegge lopreſter des vorgenanden gotshvs, hern Jacoben den Mvlner, vnd hern Rvedegen Manezen, bvrger | von Zvrich; mit dien gedingen, als ein brief stat der dar über gegeben wart. Sit aber ich als nothaft vnd als gelthaft wor | den bin, daz ich bi dem grot als hie vor geschrieben ist, nicht beliben mach, so han ich mich enzigen aller der vorgenan | den genaden vnd geheizze, so mir min vrowwe vnd daz gotshvs getan hatten, in chovſes wif vmb vier vnd drizich phvnt | phenninge, die ze Vren genge vnd gebe fint, die fv mir gegeben hant, vnd lan ovch lidich die vorgenanden bvrge aller | der gelvbde, so fv mir getan hant, vnd enzien mich alles des rechtes vnd aller der ansprache, so ich olde min nachomen moech | ten han wider dem so ich getan han; Aber daz vorgenande Steinhvs, <sup>2)</sup> daz ich geben hatte dem gotshvs, daz hant fv mir wider | verlazzzen, daz ich da mit schaffe swaz ich welle. Und daz diz stete vnd veste iemer blibe, so gib ich miner vrowwen der Eb | thisschenne vnd ir gots-

<sup>1)</sup> Abgedruckt bei Kopp, Urk. II. 139.

<sup>2)</sup> Dieses Haus war später die Sust; s. Urk. Königs Karl bei Tschudi. (I. 429 a.)

hys disen brief besigelt mit des Landes Ingesigel von Vren, vnd mit minme. Diz geschach ze | Zvrich in miner vrovwen stvben der Ebthisschenne, an sant Pauls becherde, do von vnser herren geburt vnz dar waren ze | welf hundert vnd vier vnd achlich iar. Indictione XII. Da zegegen warn: Her Heinrich der lyprester von Horgen, Bvrchart der | Amman von vren, Hvg Milchli, Heinrich ab dem Woole von Altorf, Chvonrat envntbaches von Buergelon, Chvonrat | an bachstade von Silennvn, vnd ander lute gevoge. — — — |

Wir die Lantlvte von vren, an dem selben iare vnd tage als hie vor geschriben stat, durch des vorgenanden Gregorien | bette, henken vnser Ingesigel an disen brief, zeim vrfunde vnd zeiner sterkerunge alles des so hie vor geschriben ist. |

Die Sigel sind vorhanden.<sup>1)</sup>

### 18.

1284, 27 Mai.

Vniuersis xpi. fidelibus presentium inspectoribus, Hugo pre-  
positus ymbriacensis, et Magister H. Manesso Canonicus Turicen-  
sis, noticiam subscriptorum. | Super lite siue controuersia, que  
inter Venerabiles in xpo. Elisabeth dei gracia Abbatissam et Con-  
uentum Monasterii Turicensis ex vna, | et Heinricum Rectorem  
ecclesie in Buergelon, vertebatur ex parte altera, que quidem talis  
erat. Petebant namque dicte Abba | tissa et Conuentus quartam  
decimarum et oblationum ecclesie in Buergelon ratione donationis  
sibi facte a pie memo | rie Heinrico dei gracia Episcopo et Capi-  
tulo Constantiensi in compensam Ecclesie in Chamo, quam bone  
memorie Juden | ta dei gracia Abbatissa et suus Conuentus predicti  
Monasterii, quondam prefatis Episcopo et Capitulo contulerunt,  
quod dictus Heinricus | negabat, asserens sibi nichil de hoc con-  
stare . . dicte Abbatissa et Conuentus ex vna, et prefatus Hein-  
ricus ex parte altera | compromiserunt in nos communiter tanquam  
in arbitros et arbitratores, seu amicabiles compositores, promit-  
tentes ad inuicem vna | pars alteri vicissim, sollempnibus stipula-

<sup>1)</sup> Gregor v. Silenen führt in seinem Siegel den Stierkopf wie das Land Uri; so auch später Arnold der Meyer von Silenen. (s. unten Urk. vom 6 Horn. 1290.)

tionibus hincinde interuenientibus stare, parere, obedire, et non contra venire, de iure | uel de facto, aliqua ratione uel causa, diffinitioni et pronunciationi nostre, siue arbitrati fuerimus cum scriptura uel sine, | semel uel pluries, sedendo, uel stando, quan- docunque, quotiescunque, qualitercunque, et vbiqunque, cum iuris cognicione et ea ommissa, | partibus presentibus et absentibus, et quod contra dictum compromissum nullum impetrabunt rescriptum, nullum priuilegium allegabunt, nullam exceptio | nem opponent, et quod non vtantur beneficio alicuius canonis, uel legis, quod viciet, uel viciare valeat compromissum, siue ex personis | arbitrorum, uel personis compromittentium, siue ex re de qua est compromissum, sub pena Decem Marcarum, quam pars non parens arbitrio | soluet parti approbanti et seruanti, et pena soluta uel non compromissum seu arbitrium plenam habebit nichilominus firmitatem. | Nos itaque secundum formam pretactam suscepimus . . Abbatissam et Conuentum | habere Jus in quarta decimarum Ecclesie predicte in Buirgelon, et quod de ipsa quarta possunt et debent deinceps seu in | posterum disponere, prout eis videbitur expedire. Arbitraria tamen auctoritate volumus et iubemus, vt dicte . . Abbatissa et Conuentus | presenti anno dimidia Marca, quam ipse Heinricus soluet in festo beati Martini proximo sint contente, et Rector predictus cetera | colligat et habeat nomine . . Abbatisse et Conuentus Monasterii sepefati; In quarta vero oblationum quam similiiter . . Abbatisse et Conuentus pete | bant, ipsas secundum consuetudinem Constantiensis diocecis generalem Jus non habere dicimus et pronunciamus. Volumus autem et predicta auctoritate | arbitraria precipimus et iubemus, vt ipse Rector occasione amicie et concordie seu pacis, vnam Marcam et dimidiam . . Abbatisse | predicte soluat usque ad predictum festum Martini proxime venturum. Decernimus insuper, vt antedictus Rector publicet et recognos | cat in Ecclesia Buirgelon coram subditis ipsius Ecclesie, Jus . . Abbatisse et Conuentui in quarta competere memorata. In premissorum | omnium euidentiam et robur, presens Carta dupli- cata, nostrorum et dictorum . . Abbatisse quo et Conuentus vtitur, et predicti H. sigillorum | munimine roboratur. Acta sunt hec Tu-

regi in ambitu Monasterii turicensis, Anno domini M. CC. LXXXIII.

**VI.** Kal. Junii. | Jndictione XII. presentibus Vol. Stovrino, Johanne de Lvnkuft, Canonicis Turicensibus; Walthero Janitore sacerdote; Chvonrado Ortolfi, subdijacono; | Jacobo Rufo, Vol. Stovrino, laico; et aliis fidedignis ad hec rogatis et vocatis. |

Alle Sigel sind vorhanden.

19.

**1284, 9 Brachmonats.**

Vniuersis xpi. fidelibus presentium Jnspectoribus. Elisabeth dei gracia Abbatissa Monasterii Turicensis, et Rvodolfus Jncuratus | Ecclesie in Altorf <sup>1)</sup> noticiam subscriptorum. Quoniam contentiones et discordie seruos dei prout facti probat experientia non | nunquam a proposito reuocant deuotionis, Jdcirco qui diuinis volunt obsequiis mancipari, omnem litis materiam a se debent | abicere, et penitus remouere. Cum itaque ecclesia in Altorf vallis vranie, ex largitione pie memorie Heinrici dei gracia | Episcopi et Capituli ecclesie Constantiensis, et confirmatione apostolica postmodum subsecuta, ad mensam nostram videlicet . . Abbatisse et | nostri Conuentus spectet in temporalibus pleno iure, ita tamen quod Sacerdoti cui spiritualia committuntur, congrua sustentatio de ipsius | ecclesie prouentibus reseruetur; ne supra hoc inter nos uel successores nostros aliqua questio possit in posterum suboriri, certos redditus | ad prebendam. . Jncurati pertinentes, qui minui non debent aliqua ratione, presentibus specificamus; videlicet oblationes et | remedia ad Quadraginta libras estimata, preter oblationes et remedia in Cingiln, que spectant ad nos . . Abbatissam. Jtem | vinum quod prouenit de vinetis ecclesie, et decima vini. Jtem decima ordei et aliorum leguminum ad viginti modios estima | ta in villa Altorf, et citra in flvelon, Gronon, Sisinkon, in Maggingen, vndir Oien, Ozingen, et in Hartolvingen; | sed decima ordei et leguminum ad Filias scilicet Cappellas pertinens, non ad Jncuratum sed ad nos pertinet . . Abbatissam. Ad hec | ego Rvodolfus Kathedraticum, Collectas, ac omnia iura episcopalia, Capitularia, Confraternitates, sine dampno . . Abbatisse debo expedi | re.

<sup>1)</sup> Gestorben den 15 Aprils 1298. (Fahrzeitbuch der Propstei Zürich.)

Nos vero . . Abbatissa et quecumque pro tempore fuerit, pro Nun-  
ciis et legatis Sedis apostolice honus ipsius Rvodolfi prout conue-  
niens fuerit, | debemus supportare. Jtem decima Nucum; Jtem  
Agri qui spectant ad dotem Ecclesie in villa Altorf, de quibus ego  
Rvodolfus soluere | debeo. . Abbatisse, que pro tempore fuerit,  
annuatim Decem libras monete vvisualis; Reliqui vero census, et  
decime, ac mortuaria, que | dicuntur velle, ad mensam predictam  
pertinent iuxta largicionem et gratiam memoratam. Ceterum ne  
supra predictis nos seu | nostri successores, altercationem aliquam  
valeamus in posterum suscitare, promittimus pro nobis et nostris  
successoribus corporali prestito | sacramento, quod supra premissis  
numquam nos ad inuicem vexabimus de iure uel facto, sed secun-  
dum quod supra specificatum est, | ita seruabimus, sic nos deus  
adiuuet et quatuor sancta dei evangelia. In cuius rei euidentiam  
presentem Cartam duplicatam | nostrorum Sigillorum munimine ro-  
boramus. Acta sunt hec Turegum in Monasterio turicensi. Anno  
domini M. CC. LXXXIII. V. Jdus | Jvnii. Jndictione XII. presen-  
tibus : Magistro H. Manezen Canonico Turicensi, H. Rectore ec-  
clesie in Horgen, Chvonrado villico in | Oertschvelt, Hugone Milch-  
lino, et Vol. ministro quondam Jncurati in Altorf. |

Die Sigel sind vorhanden.

## 20.

### 1289, 28 Jänners.

Omnibus presencium inspectoribus . . fratres Domus sancti  
Lazari Vallis Vranie noticiam subscriptorum. Nouerint | uniuersi,  
quod nos in causa quam reuerende in xpo. Elisabeth dei gracia  
Abbatissa et Conuentus Monasterii Thuricensis nobis | mouent seu  
mouere intendunt, fratrem Arnoldum Commendatorem nostrum,  
nostrum constituimus procuratorem | tam in agendo, quam in de-  
fendendo, ad libellos offerendos et recipiendos, testes et instru-  
menta producenda, | et alterius partis audienda, et reprobanda, et  
prestandum in animas nostras quodlibet genus sacramenti. Jtem  
ad | paciscendum, componendum, transigendum, et compromitten-  
dum, et laudandum, et arbitrium audiendum, et prose | quendum,  
et obligandum se nomine nostre domus et bona eiusdem, et gene-  
raliter ad omnia et singula facienda, | que circa predicta uel

aliquid predictorum sibi vtilia videbuntur, et per quemlibet legitimum procuratorem et nuncium fieri possunt; et promittimus nos firmum et ratum habituros, quodcumque dictus frater Arnoldus circa predicta uel aliquod predictorum duxerit faciendum; ac obligamus nos sub ypoteca rerum domus nostre pro ipso si necesse fuerit soluere iudicatum. Et hec omnia prefate domine . . . Abbatisse et suo Conuentui, necnon aliis quorum interest pre sentibus significamus. In omnium premissorum testimonium presens Instrumentum Sigilli nostri sibi tradimus munimine communium. Datum in domo nostra predicta anno domini M. CC. LXXXIX. V. Kal. Februarii. Jndictione. Secunda. |

Das Siegel hängt an der Urkunde.

21.

1289, 7 Hornungs.

Nos dei gratia Elsebetta Abbatissa et Conuentus Monasterii Thuricensis et ego frater Arnoldus Commendator et procurator fratrum domus sancti Lazari Vallis Vranie, significamus vniuersis, quod in questione infrascripta discretos viros Jacobum de sancto petro, Heinricum Manessen, Magistros Canonicos Thuricenses, pro arbitris eligimus et in eos compromittimus, ita quod possint examinare, cognoscere, terminare, ordinare, seruato iuris ordine uel extraordinarie, prout sibi melius uisum fuerit, diebus feriatis et non feriatis, sedendo, stan do, omni hora uel omni loco, utraque parte presente uel utraque uel alterutra absente, et quod arbitrari semel uel pluries, et suam sententiam possint mutare, uel corrigere, si opus fuerit, et possint pronunciare in scriptis uel sine scriptis; promittentes ad inuicem per stipulationem pro nobis nostrisque successoribus sub pena decem librarum denariorum monete usualis, quas pars non seruans arbitrium, soluet parti seruanti, quod eorum arbitrio et pronunciationi obtemperabimus et in nullo contraveniemus, nec de iure, uel de facto, verbo uel opere, per nos uel interpositas personas, et quod contra dictum compromissum nullum impetrabimus rescriptum, nullum priuilegium allegabimus, nullam exceptionem opponemus, et quod non vtemur beneficio alicuius legis vel canonis, qui vident vel viciare valeant compromissum, siue ex personis arbitrorum, uel ex personis con-

promittencium, siue ex rebus, de quibus est compromissum. Qui arbitri suscepto in se arbitrio peti | tionem subsequentem receperunt, et ei responderi fecerunt, que petitio talis est: Coram vobis Heinrico | Manessen, et Jacobo de sancto Petro, Canonicis Thuringensibus, arbitratis iuris, in causa decimarum, que inter venerabilem in | xpo. Elsebetam dei gratia Abbatissam, et Conuentum Monasterii Thuringensis ex una, et fratres domus sancti Lazari | Vallis Vranie, vertitur ex parte altera, ab ipsis partibus electis . eedem Abbatissa et Conuentus nomine suo et Ecclesie | in altorf, ac Monasterii predicti proponunt in iure, quod ipsi fratres decimam frumenti, fructuum arborum, vini, | raparum et leguminum, quam decimam existimant ad valorem duarum librarum denariorum monete Thuricensis | , Jn cuius etiam possessione hactenus iure parrochiali permanserunt inconcusse, anno presenti contra iusticiam | subtraxerunt, et soluere neglexerunt, prefatas Abbatissam et Conuentum a possessione huiusmodi per hoc eiciendo contra | iusticiam. Quare petunt a vobis prefatis arbitratis, vt dictos fratres ad restitutionem decime predicte seu | estimationis eius, pretactis Abbatisse et Conuentui faciendam, per sententiam arbitrariam condempnetis. | Item petunt, quod cum iure communi Ecclesiis parrochialibus decime omnium fructuum solui debeantur, | et Ecclesia de Altdorf ad mensam sepefate Abbatisse pertineat cum omnibus fructibus et iuri | bus ad eam spectantibus, ipsos fratres ad solutionem decimarum de possessionibus suis, infra parochiam | ipsius Ecclesie de altdorf sitis, dictis Abbatisse et Conuentui de cetero faciendam, sententia | liter condempnetis. Hec proponunt et petunt, saluo sibi iuris beneficio, in omnibus addendi, cumulandi, | minuendi, protestantur etiam legitimas defensiones sibi fore saluas, et exceptiones tam dilatorias quam | peremptorias contra fratres predictos in causa memorata . petunt etiam expensas factas et protestantur facien | das, Cui petitioni taliter est responsum. Ego frater Arnoldus Commendator et procurator fratrum | domus sancti Lazari Vallis Vranie, petitionem domine Abbatisse et Conuentus in ea parte qua dicit, | me Commendatorem et fratres predictos sibi subtraxisse decimam petitam in libello ad valorem duarum | librarum, nego narrata prout narrantur, et dico petita fieri non debere. Item petitionem | predictarum dominarum qua dicunt sibi et Ecclesie parochiali pertinere decimas omnium fructuum, et quod

| fratres predicti de possessionibus suis decimam soluere teneantur, nego narrata prout narrantur, | et petita dico fieri non debere, cum iure communi de ortis et nutrimentis animalium nostrorum deci | mas soluere minime teneamur. Jtem de possessionibus habitis ante Concilium Latranense, quas nostris | manibus et sump-tibus colimus, nego nos decimas soluere debere, cum super hoc simus a Sede apostolica | priuilegiati. Datum Thuregum anno do-mini M. CC. LXXXIX. VII. Jdus Februarii. Jndictione II. |

Jn predicta causa nos prefati arbitri terminum presigimus utri-que parti feriam Secundam proximam post Domine in tua, | ad iurandum de veritate hinc inde, et ad probandum primo intentio-nem suam. Jn cuius rei euiden | ciam nos partes predice Sigilla nostra duximus presentibus appendenda. Et nos Conuentus Sigillo | prefate domine Abbatisse nostre stimur, cum proprium non ha-beamus. |

Das Conventsigel fehlt.

## 22.

### 1289, 9 Hörnungs.

R. dei gratia Constantiensis Episcopus. Dilectis in xpo. Uni-versis ad quos presentes peruerent, Salutem et noticiam subscrip-torum, | Noueritis, quod subscripte ordinationis literas non abolitas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas, vidimus, | legi-mus, et recepimus in hec uerba :

(Hier ist der Brief vom 9 Brachm. 1284 wörtlich eingeschalten.)

Hanc autem ordinationem seu constitutionem inter predictos Abbatissam et Jncuratum rite et | rationabiliter ad obuiandum fu-turi littibus et dissensionibus celebratam ratam et gratam habentes ipsam ad eorundem | Abbatisse et incurati instantiam auctoritate ordinaria confirmamus. Datum Rinaugie Anno domini M. CC. | LXXXIX. V. Jdus Februarii. |

Das Sigel ist vorhanden.

## 23.

## 1290, 6 Hörnungs.

Vniuersis presencium inspectoribus et auditoribus Arnoldus miles, villicus in Silennon, Constant. dyocesis, noticiam subscriptorum. Nouerint | quos nosse fuerit oportunum, quod Ego duo predia mea sita in Trimerrun, quorum vnum triginta vnum solidum, et alterum nouem Solidos | denariorum visualis monete reddit annuatim, que colit Heinricus de Trimmeron, a donatione Chuonradi Ader Matte patris mei iure | proprietario possessa, legittime vendidi cum omnibus juribus, appendiciis et attinenciis eorum, Reuerendis in Christo E. dei gracia Abbatisse | Monasterii Thuriensis suoque conuentui, Ordinis Sancti Benedicti, Constant. dyocesis, pro triginta libris denariorum visualis monete, quas presentibus plenarie confiteor me recepissem, proprietatem eorundem prediorum cum manibus Wernheri et Heinrici filiorum meorum ad manus | prefate Abbatisse, nomine et loco monasterii sui, libere et expresse resignando. Jnsuper Ego vna cum predictis filiis meis renuncio omni juri, | actioni, consuetudini, statuto edito vel edendo, literis impetratis vel impetrandis, restitutioni in integrum, et legi que dicit generalem | renunciationem non valere; tamen renunciamus generaliter omni auxilio legum et canonum, per quas dicta venditio posset aliquatenus irritari. | Preterea Ego et filii mei predicti promittimus bona fide, pro nobis nostrisque heredibus quibuscumque, cauere predictis Abbatisse et Conventui de euictione, | et prestare Warandiam predictorum bonorum coram quocumque Judice Ecclesiastico vel Seculari, prout juris ordo postulat et requirit, | cum nostris laboribus et expensis. Ut autem hec firma et rata permaneant, presens instrumentum nostri sigilli munimine, interposita | petitione premissorum filiorum meorum patenter communivi. Actum Thuregi, VIII. Idus Februarii, Anno domini M. CC. LXXXX. | Indictione III. Presentibus: Magistro Heinrico Manezzen Canonico Thuricensi, Heinrico Plebano in Horgen, Chvionario dicto | Schvpfer Villico in Bürgelon, Ruodolfo dicto Schafeli, Volrico dicto Zegelli de Steina, et aliis quam pluribus. — | <sup>1)</sup>

---

<sup>1)</sup> Nun auch abgedruckt bei Röpp, Urk. II. 140.

24.

## 1290, 11 Heumonats.

Vniuersis xpi fidelibus presentium inspectoribus. E. dei gracia Abbatissa Monasterii Thuricensis, et Ruodolfus Jncuratus | Ecclesie in Altdorf, noticiam subscriptorum. Nouerint quos nosse fuerit opportunum, quod nos Elsbeta predicta prouentus qui nobis | debentur ratione Ecclesie in Altdorf, ad mensam nostram pertinentis, iuxta specificationem cuiusdam Jnstrumenti quod incipit: Vniuersis | xpi. fidelibus, et terminatur: quondam Jncurati in Altdorf, confectum sub Annis domini Millesimo Ducentesimo Octogesimo quarto | Quinto Jdibus Junii. Jndictione XII. Presentibus Magistro Hainrico Manessen Canonico Thuricensi, Hainrico Recto | re Ecclesie in Horgen, Chuonrado Villico in Oertschuel, Hugone Milchlin, et Volrico Ministro, <sup>1)</sup> Predicto R. à festo | beati Johannis Baptiste proxime preterito usque ad triennium continuum vendidimus percipiendos, hoc pacto et modo, quod ipse usque | ad octauam beati Martini proximo venturum dare debeat et soluere nobis Thuregi decem libras denariorum monete usualis, et | in proxima beate virginis Purificatione viginti libras monete predicte, et in festo beati Johannis Baptiste proxime subsequenti decem | libras. Item sequentibus duobus annis infra octauam beati Martini quolibet anno decem libras, et in festo purificationis triginta monete | predicte, que summa omnium annorum se extendit ad Centum viginti libras; quam venditionem et emptionem a predicta domina | E. et me initas et factas, ego R. predictus confiteor et presentibus recognosco, Ac promitto predicta domina Abbatissa stipu | lante dare et soluere singulis terminis, prout superius scriptum est, pecuniam antedictam; Super qua solutione singulis terminis fa | cienda, constituo predicte domine Abbatisse fideiussores et obsides: R. Miliem de Tuno, Chuonradum Villicum in Oertschuel, | et R. dictum Staelinger de Regensberg; et si solutio ut predictum est non fuerit in singulis terminis facta, predicti R. Miles | et C. villicus se in obstagium apud Altdorf, Chuonradus vero Staelinger Thuregi in obstagium presentabunt, quounque | pecunia in singulis terminis soluenda fuerit integraliter persoluta. Jnsuper promitto, quod ratione huius contractus totum Jnstrumentum predictum | super diui-

---

<sup>1)</sup> Oben №. 19.

sione prouentuum prebende Incurati et Ecclesie in Altdorf, Ad mensam predicte domine Abbatisse pertinentis, non veniam, | non aliquod iuris mihi usurpabo, quod ante huiusmodi contractum mihi minime competebat. In quorum omnium evidentiā et robur, | presentem Cartam duplicatam nos Abbatissa, et ego R. procurauimus nostrorum Sigillorum munimine robora | ri. Acta sunt hec Thuregi in Ambitu Monasterii predicti, Anno domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo . v. Idibus | Julii. Indictione tercia. Presentibus Hainrico Rectore Ecclesie in Horgen, Burkardo Rectore | Ecclesie in Mure, Ruodolfo dicto Schaflin, ac aliis quam pluribus fide dignis. |

Beide Eigel sind vorhanden.

## 25.

**1291, 28 März.**

Vniuersis presentium inspectoribus. Berchta dicta Wurtscha, Richenza vxor Wernheri filii Burkardi dicti Schupfers, Petrus de Rieden, et Hemma filia eiusdem, . Relicta Heinrici dicti Schiers, | Burkardus et Petrus dicti ze Akern, Wernherus et Chuonradus fratres de Vntschinon, notitiam subscriptorum. Materia litium tunc potissime amputatur, dum ea que aguntur, per scripturam me- | morie hominum commendantur. Nouerint igitur quos nosse fuerit opportunum, quod nos honorabilibus in xpo. . diuina permissione Abatti et Conuentui Cenobii in Wettingen, ordinis Cistertiensis, Con | stantiensis dyocesis, in recompensam Turris, et honorum in Geschendon, sitorum in valle vranie, que honorabilibus in xpo. . dei gracia Abbatisse et Conuentui Monasterii Thuricensis, pro Centum viginti Marcis argenti ponderis | Thuricensis proprietatis titulo vendiderunt et tradiderunt, subscripta bona prefatis Abatti et Conuentui consensu et auctoritate prefate domine Abbatisse interuenientibus cum sollempnitate infrascripta proprietatis titulo do- na | mus et tradimus, perpetuo libere et pacifice possidenda; pro- mittentes, ac nos iuramenti vinculo nichilominus astringentis, quod contra predictam donationem et traditionem per nos sponte et libere factas, nunquam veni | emus vel faciemus per nos vel per alios, ingenio, verbo seu facto, sed quod ipsas ratas in perpetuum ha- bebimus et pergratas. Ac nos Berchta Wurtscha, et Richenza vxor Wernheri prefatu, filia quondam Chuononis de Bezelin- | gen

predicte, supplicamus Burkardo dicto Schupfers, Chuonrado et Wernhero marito meo, videlicet Richenze prefate filiis ipsius Burkardi; Nos vero Burkardus et Petrus dicti de Akern, Wernherus et Chuonradus | dicti de Vntschinon fratres, et Hemma relicta quondam Heinrici dicti Schiers de Lucerron, supplicamus Petro dicto de Rieden suprascripto patri meo videlicet Hemme iamdicte, vt ipsi sepefatis Abbati et Conuentui sub obligatione | omnium bonorum suorum pro se et suis heredibus promittant warandiam super bonis infrascriptis faciendam propriis expensis, cum requisiti fuerint per ipsos Abbatem et Conuentum seu nuntium eorum in omni loco et foro, tam Ecclesiastico quam | seculari, quod et ipsi fecerunt prout inferius confitentur. Et si occasione huiusmodi bonorum traditorum predictos Abbatem et Conuentum ratione iuris veteris, quod alicui seu aliquibus ante huiusmodi traditionem in predictis bonis seu aliquo eorum conpetebat | seu conpetere videbatur, alias expensas facere contingat vel dampna aliqua sustinere, Prefati Burkardus dictus Schupfers, Chuonradus et Wernherus filii eiusdem, et Petrus de Rieden predicti, huiusmodi expensas et dampna prout promise | runt, et se et bona sua pro se et suis heredibus obligauerunt, ad hoc faciendum tenentur prefatis Abbati et Conuentui plenarie resartire, ac super huiusmodi expensis et dampnis verbo et fidei Abbatis et maioris Cellerarii qui pro tempore fu | erint credere pro se et suis heredibus promiserunt. Hec autem sunt bona per nos donata et tradita: Ego Berchta Wurtscha sepedicta per manum curatoris seu aduocati mei Burkardi dicti Schupfers suprascripti dedi | agrum dictum Hofaker situm apud Burgelon supra viam que dicit Schachdorf. Jtem ego Richenza vxor Wernheri filii eiusdem Burkardi Schupfers per manum eiusdem Wernheri mariti mei dedi agros meos sitos in cam | po inter Burgelon et Schachdorf infra viam iamdictam quos acceperam a patre meo quondam Chuonone de Bezlingen dotis nomine. Jtem dedi medianam partem prati seu agri qui dicitur Rossegiessen quam nunc | possideo et fructus ex ipsa percipio, salua mihi alia media parte, quam dictus Schumel pro uite sue temporis tanquam vsufructarius possidet et tenet. Jtem ego Petrus de Rieden in Obersilennon dedi aream dictam des Schu | pfers Hofstat, soluentem tres libras. Et ego Hemma iuri ypothecario pro dote que mihi in bonis dictis ze Blatton sitis ze Stege conpetebat, auctoritate Petri

de Rieden patris mei interueniente ad manus honorabilis in xpo. | fratrī Voelkeri Abbatis in Wettingen renuntiaui, et ego Petrus de Rieden dedi eadem bona soluentia tres libras. Et nos predicti Petrus et Hemma in donatione predicta hanc fecimus conditionem, quod predictus dominus Abbas | suusque Conuentus Wernhero filio Petri predicti sub annuo censu sex librarum monete visualis concedant iure hereditario possidenda. Item ego Burkardus dictus ze Akern dedi possessiones dictas vnder dien Stetten, et vnum | agrum uf den Stetten soluentes triginta solidos, sub ea conditione, ut ipsi Abbas et Conuentus sub censu predicto bona huiusmodi mihi iure hereditario reconcedant, et cum me vel alium qui huiusmodi ius hereditarium in ipsis bonis habet | decedere contingit, qui decedenti in bonis antedictis succedit, soluere debet Abbatii et Conuentui vnum *Seratium* pro mortuario seu caduco valens octo solidos monete predicte. Item ego Petrus de Akern dedi aream meam | sitam supra viam, soluentem triginta solidos, sub conditione proxime dicta. Item nos Wernherus et Chuonradus fratres dicti de Vntschinon dedimus domum et aream molendinum, et vnum Stadel in Vntschinon sol | uentia vnam libram, sub ea conditione, vt Abbas et Conuentus filiis et filiabus nostris iure hereditario bona huiusmodi concedant . et in Chersolon an Luminon possessiones soluentes triginta solidos . et in Richlingen possessiones | soluentes decem et Septem solidos denariorum. In premissorum omnium euidentiam et robur presentem Cartam Sigillis prefate domine Abbatisse ac hominum vallis vranie prenotatis . . Abbatii et Conuentui patenter tradimus comunitam. | Nos Burkardus Schupfers, Wernherus et Chuonradus filii eiusdem, ac Petrus de Rieden prefati, presentibus profitemur ita esse actum ut superius est narratum, et nichilominus nos pro nobis et pro nostris heredibus omnia bona nostra | ad prestandum warandiam et refundendum expensas et dampna, prout superius est tactnm, presentibus obligamus, supplicantes predicte domine Abbatisse et hominibus vallis vranie, ut Sigilla sua presentibus apponi faciant et appendi. | Acta sunt hec in Burgelon anno domini M. CC. LXXXI. feria Quarta post annuntiationem beate virginis. Jndictione Quarta. Presentibus domino Voelkero Abate, fratre Heinrico dicto de Rordorf monacho, | et fratre Heinrico dicto de Heggibach conuerso in Wettingen. Chuonrado viceplebano in Burgelon, et Arnoldo socio suo. Arnoldo

de Silennon ministro vallis, et Ruodolfo de Tune militibus. | Burkardo Schupfers, Chuonrado et Wernhero filiis eius, Johanne Gebzen ministro, Heinrico uf dem Buele, Petro de Rieden, et Wernhero filio eius . . dicto Hoidi, Chuonrado de Bezelingen, et Egelolfo Schumils, et | aliis quam pluribus fidedignis. Facta est autem donatio a Richenza vxore Wernheri predicti, loco, anno, inductione prenotatis; Jn die beati Ambrosii. — — |

Nos Elisabeth dei gracia Abbatissa Thuricensis ad petitionem Berchte dicte Wurtscha, Richenze vxoris, Wernheri filii, Bur. Schupfers, Petri de Rieden, et Hemme filie eiusdem relicte, H. Schiers, Bur. et P. de | Akern, Wernheri et Chuonradi fratrum de Vntschinon, Bur. Schupfers, C. et Wern. filiorum eius, nostrum Sigillum presentibus apponi fecimus pro robore et euidentia premissorum; anno et inductione prenotatis. |

Ego Wernherus Nobilis de Attingenhusen ad petitionem domine Abbatisse Thuricensis, et hominum proxime suprascriptorum, et ad mandatum hominum vallis vranie, Sigillum hominum predicto vallis presentibus apposui et appendi; An | no, et inductione prenotatis. |

Beide Sigel hängen an der Urkunde, doch ist das Urnerische undeutlich.

## 26.

1291, 19 Augstmonats.

Wir vro Elsebete von gottes gnade . . Ebtschenne ze Zrich, konden allen dien, die disen brief an sehent | ald hoerent lesen, Daz Richenza, Wernhers Wirtinna dez Schvphers von Brgelon, vierzig March Silbers Zvri | cher gewicht, dar umbe si verkoefte ir Eigen daz ze Schahdorf lit an dem velde, Lech Peter von Rieden, vnt | Chvonrad dem Schvpher, do wir kovsten von vnserm herrem, hern volkarte dem Abte vnt dem samynge von | Wettlingen, den Tvrn ze Geschentvn vnt als daz grot, daz si da hatton. Unt dar umbe so hant dieselben | Peter vnt Chvonrat mit vnserm willent vnt gvnst den selben Tvrn vnt daz vorgenande grot, der vorgenanden | Richenzvn gesetzet ze rechtem phande; also, daz si beide ir vnt ir rechten erben gebvnden sin, iergelich | ze sant Martis mez ze gebenne sechs phvnt gewonlicher phenninge, Unz daz si

beide iro ir Eigen daz si da | verfovsta lideflich wider geben. Daz  
dis allez stete vnt veste belibe, dar vmben henken wir vnser Inge | si-  
gel an disen brief. Dirre brief wart gegeben ze Zvrich, do von  
vnser s herren gebvrtag waren | zwelf hvdert, vnt nvnzeg, vnt ein  
iar, vnt in dem ivngeten jare, an dem Svnntage vor | sant  
Bartholomes mes, do indictio was dv vierda. |

Das Sigel sehr beschädigt.<sup>1)</sup>

27.

1294, 7 Christmonats.

Heinricus dei gracia Constantiensis Episcopus. Vniuersis pre-  
sencium inspectoribus salutem cum caritatis affectu. Cum dilecte  
| in xpo. . Abbatissa et Conuentus Monasterii Thuricensis ordinis  
sancti Benedicti, pro religiosis viris . . Abbate et Conuentu Mo-  
nasterii | de Wettingen ordinis Cisterciensis quedam bona sita in  
Geschindon in valle vranie ad hoc ut ipsa quibusdam hominibus  
sui Monasterii | hereditario concederentur, pro precio Centum vi-  
ginti Marcarum argenti ponderis Thuricensis emptionis titulo com-  
parant, | et ipsi . . Abbas et Conuentus quedam bona predicto-  
rum hominum in predicti precii receperint recompensam, et quod  
incole predictorum | bonorum in Geschindon in ipsis bonis sibi ius  
aliquod vendicabant, et ipsi Abbas et Conuentus prenotata bona  
pro liberis et | absolutis vendidissent, cum predicti incole non pos-  
sent a suo proposito reuocari, inter prefatas . . Abbatissam et  
Conuentum et | homines sui Monasterii ex vna, ac prefatos . .  
Abbatem et Conuentum ex parte altera orta fuit Materia questionis;  
sed ut parcum par- | ceretur laboribus et expensis, in Rvodol-  
fum Plebanum in Altorf, Chvonradum viceplebanum in Bvrglon, et  
Eglolfum de | Bvrglon, ut in arbitros seu amicabiles compositores  
extitit compromissum, qui questionem huiusmodi prout in instru-  
mento | super hoc confecto <sup>2)</sup> plenius continetur per sententiam  
arbitrariam terminauerunt. Quam sententiam prenolata Abbatissa

<sup>1)</sup> Abgedruckt bei Kopp, Urk. II. 142.

<sup>2)</sup> Dieser Spruchbrief vom 13 Aug. 1294 steht mit dem unrichtigen Datum  
1254 bei Schmid. (I. 217) Die folgende Urkunde vom 15 Augst. m.  
(S. 220), denselben Gegenstand beschlagend, sollte ebenfalls 1294 haben.

et Conuentus sub | hac conditione emologauerunt , ut premissi . .  
 Abbas et Conuentus ipsas seu Monasterii ipsarum ratione contrac-  
 tus antedicti , seu emologationis | predicte , seu quod ab eo vel ab  
 eis secutum est in iure seu extra ius , nunquam de iure vel de  
 facto impetant vel molestent , quod et predicti | . . Abbas et Con-  
 uentus de auctoritate et consensu honorabilis in xpo. . Abbatis de  
 Salem ordinis predicti Cisterciensis pro eis eorum quod succes- |  
 soribus predictis . . Abbatissa et Conuentu stipulantibus firmiter  
 promiserunt. Jpse eciam Abbatissa et Conuentus omni iuri , quod  
 sibi | ex emptione dictorum bonorum in Geschindon compecijt seu  
 competere potuit , in manibus predicti . . Abbatis de Wettingen  
 re | nunciauerunt , et ei ac suo Conuentui dederunt apprehendendi  
 possessionem predictorum bonorum liberam potestatem. Jn pre- |  
 missorum omnium eidem et robur presens carta duplicata nos-  
 tro ac predictorum . . Abbatisse . . Abbatis de Salez | . . Ab-  
 batisque de Wettingen Sigillis patenter communita. Datum Thuregi,  
 Anno domini M. CC. LXXXIII. crastino sancti | Nicolai. Jn-  
 dictione VIII. — — — |

Alle Sigel hängen an der Urkunde.

## 28.

1300, 6 Jänners.

Vniuersis presentium inspectoribus . Elysabeth dei gracia Ab-  
 batissa Monasterii Thuricensis , Ordinis Sancti Benedicti , Constan-  
 tiensis dyocesis , notitiam | subscriptorum. Ea que publice a bona  
 fide aguntur , ne in posterum infringi valeant uel irritari , scripture  
 testimonio ro | borantur. Nouerint igitur presentes et futuri , quod  
 nos habita bona deliberatione , et vse sano consilio , premium nos-  
 tri | Monasterii , situm in valle vranie , in villa que dicitur ze Stege,  
 cum Domo , area , et cum omnibus aliis sibi pertinentibus , quot  
 Petrus | dictus fverisalz pro Decem et septem solidis nostro Mo-  
 nasterio nomine Census vsque ad obitum suum persolutis hactenus  
 dinoscitur pos | sedisse , concedimus , et concessimus Burchardo  
 dicto Hverrensun , et Chvonrado filio suo , pro viginti quinque so-  
 lidis denariorum | visualis Monete vallis prenotate , Jn festo beati  
 Martini nobis nostroque Monasterio nomine Census annuatim per-  
 soluendas totaliter , hac ad- | iecta conditione , quod idem Bur. et  
 C. predictum premium in tam bona cultura teneant et possideant,

quod in nulla sui parte vicietur, | alioquin per nos seu nostras successores pro sua negligentia et cultura neglecta deponentur et peruentur. vt autem hec firma et | rata permaneant, presentem litteram duplicatam nostri Sigilli munimine roboramus, vna predictis Bur. et C. et altera nobis | nostroque Monasterio permaneat. Actum Thuregi Anno domini M. CCC. Jn festo Epiphanie, Jndictione XIII. Presentibus Chvonrado | Sacerdote de Sancto Gallo Canonico Thuricensi, Heinrico Rectore Ecclesie in Horgen, Ruodolfo Schafli, Hugone dicto wolleben, Johanne dicto | loewen, Gerungo Sartore de Stege, et aliis quam pluribus fide dignis — — |

Das Sigel an der Urkunde.

## 29.

### 1308, 11 Wintermanats.

Allen die disen brief Sehent oder hoerent, funden wir her Wernher frie von Attingenhusen | Lantamman, vnd die Lantlut ze vren, vnd du gnoßami ze Sylennon. Wan vnser | frowe Elysbeth von Goz gnaden Ebtischen zurich, dur vnser bette hat abgelas | sen den Schaden, die koste, fraefli, vnd ansprache, so si oder ir voruarin Ebtischen | zurich hatten, darumbe das wir vf ir Gozhus guot so si in dem lande het, das dem | Gozhus gekovft wart bi künig Albrechtis Seligen von Rome ziten, sture leiten; | vnd darumbe loben wir vnd binden vns an disem briefe, swas Guoz ieze das Gozhus | von zurich in dem Lande ze vre hat ze finen han- den, das wir dar vf niemer sture | gelegen von dekeiner slacht not, so vns an mag gan, es si von Kunge, oder von vrluge, | oder swas not vns an komen mag, ald angat. Vnd das dis alles war si vnd | veste belibe staeteklichen, so geben wir der Lantamman vnd die Lantlute von vre, | vns erre frowen der Ebtischen vnd dem Gozhus zurich disen brief besigelt mit | vnsern Ingessigelt ze einem wa- ren vrfunde öffnlichen aller der vorseiten ding. | Dis geschach in dem Lande ze vre, vnd dirre brief wart gegeben in dem | Dorf ze Altorf, do man von Gottes geburt zalte Druzehenhundert Jar, | vnd dar nach in dem ahtoden Jar, an Sant Martis Tag. — — |

Die Sigel sind vorhanden; doch ist das Attinghusensche be- schädigt. <sup>1)</sup>

---

<sup>1)</sup> Abgedruckt Kopp, Urf. I. 91.

30.

1313, 1 Mai.

Ich her wernher von Attingenhusen, ein frier Ritter, funde vnd vergihe allen dien die disen Brief | lesent oder hoerent lesen, daz ich willekliche dur got vnd vmb ein teil phenninge alse | vmb cehen phunt uf han gegeben an das Gotshus ze Zurich dien heiligen Sant felix | vnd Sant Regelen, Heinrich vnd Chuonrad gebrudere, wernhers seligen Chovsmannes Sune | von Retscherieden lidekliche vnd friliche, vnd verzihe mich gegin dem vorgenanden Gotshus | dez rechtes vnd der ansprache, so ich an in von eischede hatte older haben solde, vnd han | in dar vber gegeben disen selben Brief bestigelten mit minem Ingescigle ze einem vrfun | de vnd ze einer steti. har an vnd hie bi waren erbere lute, der namen hie ein teil geschriben fint: | Herre heinrich der Meier von Stans, vnd herre Hartman sin Sun Rittere, Thoman vnd Jo-  
hans von Wal | terberg gebrudere, Jacob ze der Ahe vnd Heinrich sin Sun, Niclaus der Amman von Wizerlon, | Ruodolf vnd Walter von Winchelriet gebrudere, P. von Spiringen, Walter der Fuerste, Heinrich | von Retscherieden, vnd ander gelovbsame lute. Diz beschach ze Stans an vnsers herren vf | fart, in dem Jare do von Gottes geburte waren Drucehen hundert Jar, vnd dar nah in dem | sumzehenden Jare. |

Das etwas beschädigte Siegel hängt an der Urkunde.

31.

1317, 7 Jänners.

Vniuersis xpi. Fidelibus presentium Jnspectoribus, Heinricus diuina permissione Abbas, Totusque | Conuentus Monasterii in Wettlingen, Ordinis Cisterciensis, Constantiensis dyocesis, affectum caritatis | cum noticia subscriptorum. Cum Johannes Natus Chuonradi Villici de Oertzuelden, | vallis vranie, nobis et nostro Monasterio pertinens, Titulo seruitutis varia, diuersa et | Fructuosa obsequia nobis et nostro impenderit Monasterio, Nobisque Quadraginta | Libras denariorum vvisualium assignarit in euidentem nostram et Monasterii nostri vtilitatem conuersas, | vt cum merito obsequiorum et traditionis dicte pecunie, a seruitute nostra et nostri Monasterii

| eximamus; Nos diligent deliberatione inter nos non semel sed  
 multotiens habita, at | tendentes obsequia nobis per ipsum prestata,  
 ac pecuniam nobis assignatam, longe vtiliora | et magis vtilitatem  
 nobis et nostro Fore Monasterio, quam ius seruitutis, que nobis  
 compe | ciit in eodem, suis cupientes desideriis complacere et  
 nostri Monasterii vtilitati prospicere, | vnanimi omnium nostrorum  
 Consilio et consensu ius seruitutis, quod in dicto Johanne nobis |  
 et nostro compeciit Monasterio, donauimus et tradidimus ac tenore  
 presentium donamus et tradi | mus Monasterio abbatie Thuricen-  
 sis, dictumque Johannem cum iure seruitutis, quod in eo nobis et  
 | nostro competiit Monasterio, ad maius altare Gloriosorum Marti-  
 rum Felicis et Regule dicti | Monasterii, nec non ad manus vene-  
 rabilis domine Elizabethe dei gracia Abbatisse dicti Monasterii,  
 nomine suo ac vice | et nomine Monasterii recipientis, resignauimus  
 per manum nostri videlicet Abbatis prenotati, adhi | bita verborum  
 et gestuum sollempnitate debita et consueta, ipsum Johannem a  
 nostra et | Monasterii nostri potestate, manu et Dominio ac ab  
 omni conditione et grauamine Operis et | Operarum penitus exi-  
 mentes; Renunciauimusque ei omne ius patronatus, ita quod Ge-  
 neralem | habeat amministrationem rerum suarum, et quod possit  
 emere, vendere, donare, contrahere, | pacisci, in iudicio stare,  
 Testamentum facere, et omnia et singula exercere, que | homines  
 vallis vranie dicto Monasterio Thuricensi Jure seruitutis pertinentes  
 possunt | facere, ac si natus de Ancilla dicti Monasterii Thuricensis  
 extisset. Promittimusque pro nobis et | nostris successoribus dicte  
 domine Abbatisse, pro se sibique succendentibus, ac pro suo Mo-  
 nasterio | stipulanti, super dicta donatione litem vel controuersiam  
 non inferre, nec inferenti | consentire, ac warandiam prestare, si  
 fuerit opportunum, premissaque omnia et singula | rata et firma  
 tenere perpetuo, et non contrauenire aliquo ingenio de iure vel |  
 de facto, et ad obseruationem premissorum nos nostrosque succe-  
 sores ac nostrum Monasterium | obligamus. In euidentiam itaque  
 omnium premissorum presentes litteras dicte domine Abbatisse suo-  
 que | Monasterio, sigillo nostri videlicet Abbatis quo et nos Con-  
 uentus vtimur, proprium non habentes, patenter | tradimus comunitas.  
 Actum in Monasterio Thuricensi, anno domini Millesimo Trecento-  
 simo De | cimo septimo, Crastino Epiphanie. Jndictione XV. Pre-  
 sentibus Magistro Volrico Wolfleipsch | Thesaurario, Magistro

Ruodolfo de Ertzingen Canonico Ecclesie Thuricensis, Chuonrado prebenda | rio altaris sancti Jacobi dicti Monasterii, domino Jacobo Nobili de Warte, Heinrico No | bili de Frienstein, Ruodolfo Mulner Juniore Milite, Jacobo Brun, Johanne Pilgrino | Antiquo, Burch. Schafslino, Chuonrado Saler, Ruodolfo Stagel am Rindermarcht, | Heinrico am Wasen, Ciubus Thuricensibus, et aliis quam pluribus Testibus fide dignis — — |

Das Sigel hängt an der Urkunde.

### 32.

#### 1518, 8 Herbstdmonats.

Ich Rvedeger an dem Espan von Altorf tuon kunt Allen dien die disen Brief lesent oder hoerent lesen, | daz ich willekliche vnd bedachtliche Mit miner wirtin vnd mit miner kinde willen vnd mit ir hant | gewechselt han vnd gegeben lidekliche vnd friliche der erwirdegen frowwen von Gottes gnaden | Ebtischin Elyzabeten von Zurich, zwei Gueter, der lit eines ufin Loevggästingen, daz ander usem | Devsten ze Moeion, ze rechtem widemme der Kilchen ze Altorf, vnd sol ich vnd min erben oder min | nakomen der vorgenannten miner frowen der Ebtischin von Zyrich vnd ir nakomen | der vorgeschriftenen zweier gueter ufin Loevggästingen vnd ufin Devsten rechte wern s̄in, swa si | ez bedurfen, vnd binde mich vnd min erben dar zwo mit disem offenen briese, der bestgelt | ist mit dez edeln herren Ingessigele von Uttingenhusen dez lantammannes von vre, vnd mit | minem Ingessigele. Ich der vorgenande her wernher von Uttingenhusen han min Ingessigel an diesen | Brief gehetet dur dez egenanden Rvedegers bette. Hiebi waren erbere Lute, der na | men hienah geschriben s̄int: her wernher von Uttingenhusen der megenande, Johans der Meier von Derschuedl, | heinrice Zwik, Chvona dez Meiers Sun von Silennen, Chvonrat der Mosser, Herman von Nieden, | heinrich Zwier, Laurencie, Welti, vnd Wernli sine Sune, vnd ander erbere lute. Dirre brief | wart gegeben, vnd dirre wechsel geschach ze Altorf in dem Jar do man zalte von | Gottes geburte har dan Drucehenhundert Jar, vnd dar nah in dem Achcehende Jahre, | ze vnserre Frowen tult ze Herbst. — — — |

Beide Sigel an der Urkunde; doch ist das Uttinghusensche sehr beschädigt.

## 33.

1330, 24 Mai.

Wir Elisabet von gottes genaden Ebtissin des gotteshuses ze zurich, Sant Benedictes Ordens, | in kostenzer histom, kunden allen die disen brief Sehent ober Hoerent lesen, das wir dem beschei | dnen Man Heinriche von hunoberg lantmanne zu vre, der sich Rect vnd Redlich da vor von dem | Edeln vnd bescheidnem Man jungher Johanse von Attingenhusen an das selbe vnser gotteshus | vmb ein genant guot gekovffet Hatte, vnd der ovch Enphangen was von dem vorgenanden Jo | hanse von Attingenhusen zu des selben unsers gotteshuses handen frilich In Johans unsers Meiers | zu Dertschuelt hant, geben haben vnd geben an disem gegenwurtigen briese die frigeheit vnd | das rect, als andern unsern frigen gotteshuses lutten, vnseru guetter zu kovffenne vnd ze | bisizenne nach des gotteshuses recte, als andern unsers gotteshuses frige lutte; mit allen | dien worten, werken vnd gewonheit vnd recte, so darzuo hoeret. vnd haruber zu Einem Offennem | vrfunde geben wir im disen brief bestigelt mit vnserm Insigel, Der geben wart zu zurich | in dem Jare duo Man zalte von gottes geburte dricehenhundert iar, vnd dar nach in dem | Drissegosten Jare, an dem donstage vor der phingest wuchen. — |

Das etwas beschädigte Sigel ist vorhanden.

## 34.

1330, 29 Herbstmonats.

In gottes namen amen. Allen den disen brief sehent allder hoerent lesen, kunde ich Johans von Dertschuelt Meiger ze Burghelon, daz ich | gewechselt han mit der erwirdigen vrovwen, vron Elsbeten von gottes genaden der Ebtissenne des gozhus ze zurich, vnd han gegeben in | wehels wise min hofstat, du ze Dertschuelt vor Minem huse lit, dauon ich vnd alle min nahkommen, die ich hier zuo binde, dem vorgenan | ten gothuse ze zurich ewellich geben soelent ze zinse funf schillinge vnd zweei phunt zuricher phenninge ze sant martins Messe, vnd soelent | wir dem selben gozhuse, ich vnd min erben, den selben zins rihten vnd geben in allem dem rehte als filchen widme stat. vnd dar umbe | so hat du vorgenant Elisabet von gottes genaden Ebtissenne des gozhus ze zurich, mir

vnd minen erbon in wehsels wize gegeben | vmb die vorgenanten hoffstat, du gueter so hie nah geschriben stant, du ahtodhalben vnd drisseg schillinge phenninge der vorgenan | ten Munse vergolten hant vnz her; Bi dem ersten waz daz gozhus an Bugen hat nit dem dorf zu Nidern hosen, vnd zewei kleini stu | fu, dero lit aines ze Dertschuelt in min selbes Meigers hoffstat, daz ander lit in hehnis hoffstat von Nit Kilchen, vnd vier phenninge | geltes die v dem len acker stuondent, vnd zewei stuft ligent an hegeberg, daz Tuch an loetschachen vnd daz dar zuo hoeret, ein | guot in Se-waden, vnd ain aekerli daz dar zuo hoeret. Es ist ovch gedinget, daz daz vorgenant gozhus ze zurich die vorgenanten min | hoffstat niessen sol vmb den zins als vor geschriben stat. Ich sol ovch ald min erben die vorgenanten hoffstat loesen mit saemelichen | guetern, die den vorgenanten zins ewelich an allen schaden vol vergelten mugent, an geuaerde, inrunt zehn iaren; wa daz nit geschae | he, so sol du vorgenant Ebtissenne ald ir nahkommen mit der vorgenannten hoffstat tuon, waz irme gozhuse wolkome. Vnd hie vber | so gibt ich der vorgenant Johans der Maiger ze Burgelon dem vorgenanten gozhuse ze zurich disen brief besigelt mit minem | offen Instigel. Dis beschach vnd wart dirre brief gegeben ze zurich, do man zalte von gottes geburte druzehenhundert iare | vnd dar nah in dem drisgosten iare, an sant Michels tag. — |

Das Sigel ist vorhanden.

### 35.

1531, 31 Mai.

Wir Nos von Silenen, Hainrich, Wifrit, vnd Arnolt sin Bruoder, vnd Aenderu sinu geswustergit, kunden allen den | die disen brief ansehent alder hoerent lesen, daz wir bedahflich vnd mit quoter betrachtunge ainen wechsel getrieben vnd | vollefueret haben mit der erwirdigen vrowen fron Elsbeten der Ebtissenne des gozhuses ze zurich, sant Benedicten | ordens, in kostenzer bistuom, als hie nah geschriben stat. Wir die vorgenanten geswustergit haben vñ gegeben an der | vorgenanten Ebtissenne hant, du daz enphie an des gozhuses stat, die aigenschaft des quotes daz man nemmet daz guot | in der krinnen, daz ain halp stossen an die Ruse, vnd anderunt halp an des Riches strasse; da gab si vns vmb du guetu | hie nah geschriben stant, vnd gelegen sint ze Silenun, der

aines genant ist daz guetli ze wellenrüti, vnd daz ander daz | guetli  
 n der hoffstat, daz da stossen an den Mülibach, daz dritte ain bon-  
 gaetli, daz da stossen an daz hus ze houe, vnd daz vierde | ain  
 Rüti, die man nemmet ze walkersrüti. do daz beschach, do lehe  
